



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

II. De Foro competenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

ptator est & sententia sua litem dirimit,
ipsaque disceptationes appellantur iudicia.

De Foro competenti.

TIT. II.

In hoc conflictu forensi oportet primo
Judicis persona constitui. Neque
enim cogitur Reus coram quovis ju-
dice respondere, sed tantum coram
Judice suo, quem vocant competen-
tem.

i. Quod dicitur forum competens?

TRibunal illud, ubi Reus sortitur fo-
rum; id est, sub cuius est jurisdic-
tione; quia regulariter Actor sequi fo-
rum Rei debet.

2. Quot modis sortitur forum
Reus?

Quinque modis, videl. ratione do-
micilii, rei sitæ, contractus, delicti, privi-
legii, id est, ejus judicis jurisdictioni reus
subest, in cujus territorio vel domici-
lium habet, vel res, de qua controverti-
tur, sita est, sive mobilis sive immobilis;
vel in quo contraxit, licet alibi domici-
lium

*c. Dilecti
17. Sc.*

*ult. hoc t.
d. c. ult. Sc
l. ult. c.
ubi in rem
actio d. c.
ult. Sc.
14. c. 13.*

lium Sc d. c. 14.

lium habeat, aut deliquit. Denique privilegio Clericus non nisi coram Ecclesiastico conveniri potest.

3. *Potestne ille, qui extra domicilium alibi ex aliis causis forum sortitur, in domicilio sui conveniri?*

l. c. 17. h. l. Potest, si ibi agere velit actor: et si quis sit extra territorium sui juris non tamen desinit esse subditus iudici.

4. *Quo loco quis domicilium habet dicitur?*

l. Cives C. Ubi laudem rerumque ac fortunarum summam constituit, vel saltem, ubi rem bonorum suorum partem possidet.

l. 10. l. 2. *C. Ubi Senatores* 5. *Potestne renunciari foro, & prorogari jurisdictio iudicis non sui?*

Laicus quidem renunciare potest. *c. 18. hoc t.* iam absque consensu iudicis sui. *l. pen. C.* cuilibet licet renunciare favori suo. *De pact. c.* & exceptioni declinatoriae fori sibi petenti. Clericus vero non potest prorogare jurisdictionem iudicis laici. *l. 7. §. paciscar. 14.* quidem cum iurejurando, quia privilegium hoc est datum Clericis in favor totius ordinis clericalis, ac proinde *D. de pact. & l. 38. D. cum,* cui privatorum pactione derogari non potest. *de transa.* nequit.